Sala 5
Gab. —
Est. 56
Tab. 7
N.º 1

Sala 5
Gab. —
Est. 56
Tab. 7
N.º 1

UNIVERSIDADE DE COIMBRA
Biblioteca Geral
1301500922

Sale

1830

# PRAECEPTORIBVS . SVIS

SAPIENTISSIMIS

ATQVE . COLENDISSIMIS

IN

PVBLICVM . GRATI . ANIMI

ET . OBSERVANTIAE

MONVMENTVM

D.

024535862

# THESES

*EX*

*UNIVERSA MEDICINA,*

QUAS

SUB PRAESIDIO

PRAECLARISSIMI LONGEQUE SAPIENTISSIMI VIRI

D. D. ANGELI FERRERII DIONYSII,

MEDICINAE PRACTICAE

PROFESSORIS P. O.,

CHRISTI MILITIAE EQUITIS,

CET. CET. CET.,

IN CONIMBRICENSIS ACADEMIAE GYMNASIO

*INTEGRA HUJUS MENSIS DIE* 28

*PROPUGNANDAS OFFERT*

ANTONIUS AUGUSTUS DAS NEVES E MELLO.

# INAUGURALI DISSERTATIONI

AMPLISSIMI ET SAPIENTISSIMI

# MEDICORUM ORDINIS

DECRETO

## *ARGUMENTUM SUPPEDITAT:*

*Contraria phaenomena, deleteria nempe et salutaria, ex quamplurimis et artis et naturae substantiis, humano corpori adhibitis, toxicam et pharmaceuticam virtutem in eisdem arguunt? Utcunque decreveris: hujusmodi phaenomena quomodo explicari queunt?*

*Ex Anatomia, Operationibus Chirurgicis, et Arte Obstetricia.*

I.

Super corneam oculi pellucidam conjunctiva stricte adhaeret.

II.

Et oesophagi et ventriculi mucosae membranae continuae.

III.

Capillorum bulbus cuticulae minime continuus.

IV.

Dura mater vere fibrosa.

V.

Glandulae synoviales nullae.

VI.

Pro aneurismatum operatione instituenda vinculum ex animali substantia.

VII.

In cataractae operatione peragenda depressio extractioni anteponenda.

VIII.

Matris minime interest funiculum umbilicale vinculo constringi.

IX.

Vertex praevius difficilem aliquando partum reddit.

*Ex Medicis Institutionibus, atque Chirurgicis.*

I.

TEmperamentorum cognitio perquam utilis atque necessaria.

II.

Humanae Physiologiae animalium anatome plurimum interest.

III.

Animalis calor a respiratione magnopere provenit.

IV.

Sanguinis rubedo a propria et sui generis substantia.

V.

In digerendis cibis a succo gastrico opus praecipuum.

VI.

Synovia exhalatur.

VII.

Ex fluidi nervei hypotheſi oeconomiae animalis phaenomena probabilius deducuntur.

VIII.

Aetas inter cauſas morborum praediſponentes.

IX.

In fluidis etiam morborum cauſae.

## *Ex Materia Medica, atque Pharmaceutica.*

I.

Plantarum virtutes medicae a solo, climate earundemque aetate.

II.

Chemia ad medicaminum tam simplicium, quam compositorum, virtutes explorandas quam maxime utilis.

III.

Stimulantium actio arteriarum systemate exeritur.

IV.

Tonicae et stimulantis virtutis insigne discrimen.

V.

Digitalis purpureae virtus non tantum diuretica.

VI.

Aristolochiam Pistolochiam L., Lusitano solo sponte provenientem, in locum serpentariae L. quae periculis submittatur dignam judicamus.

VII.

Praeparatorum mercurialium virtus antisyphilitica tantum ab oxygenio minime.

VIII.

Ex hydrargiri nitrate ejusdem metalli perchloretum, a chloro in praeceps dejectum, tutius copioseque obtinetur.

IX.

Acidum benzoicum etiam a Cicere Arietino L., copiose apud nos culto.

*Ex Therapeutica Medica, atque Chirurgica.*

I.

LEucorrhoea in activam et passivam optime partitur.

II.

Hirudines morbi sedi quam proxime adhibitae in amenorrhoea saepe prosunt.

III.

In typho, habita symptomatum ratione, multoties utilis atque proficua frigidae adfusio.

IV.

Initio synochi venae sectio interdum prodest.

V.

Pleuritidem inter et peripneumoniam nullum discrimen.

VI.

In febrium intermittentium medela nullum par Cinchonae medicamen.

VII.

In iisdem (VI.) aliquando emesis utilissima.

VIII.

Quamprimum mederi febribus intermittentibus utilissimum.

IX.

Rheumatismum inter et podagram essentiale discrimen.

X.

Speciale noxium virus ortum blennorrhagiae non praebet.

XI.

Cancer nec semper localis.

XII.

Quoad causam ulcera aut localia, aut constitutionalia.

XIII.

In anasarca scarificatio penitus rejicienda.

XIV.

Vaccinae verae inoculatio perquam utilis et humanitati proficua.

XV.

Cystides potius extirpandae quam injectiendae.

XVI.

Inter anni fistulas operandas incisio praeferenda.

XVII.

Polypi uterini therapeia vinculum potius tentanda.

XVIII.

*Ex Hippocratis Aphorismis.*

SEct. 1. Aphor. 7. *Ubi morbus*, etc.
—— 3. —— 23. *Hieme vero*, etc.
—— 1. —— 6. *Extremis morbis*, etc.
—— 2. —— 23. *Acuti morbi*, etc.

CONIMBRICAE,
Ex Typographia Academico-Regia.
MDCCCXXX.

*Cum Facultate R. Commissionis pro Censura Librorum.*

PRICE
PRICE
1 23456 78900 5